Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Commota est & contremuit terra. & fundamenta
montium conturbata sunt & commota sunt.
quoniam iratus est eis.
Ascendit fumus in ira eius. & ignis a facie eius
exarsit. carbones succensi sunt ab eo.
Inclinauit celos & descendit. & caligo
sub pedibus eius.
Et ascendit sup cherubin & uolauit.
uolauit: sup pennas uentorum.
Et posuit tenebras latibulum suu incircuitu
eius tabernaculu eius. tenebrosa aqua in
nubibus aeris.
Prefulgure in conspectu eius nubes transierunt.
grando & carbones ignis.
Et intonuit de celo dns. & altissimus dedit uo
cem suam. grando & carbones ignis.
Et misit sagittas suas & dissipauit eos. fulgura
multiplicauit & conturbauit eos.